ſupra reſolutis in dict. 41. caſu, num.154.

Quibus caſibus ſuprà exceptis non obſtat regula generalis text. in dict. cap. *Inter alia*, à qua ſolummodo excipiuntur ibi duo caſus. Unde videbatur, in reliquis prædictam regulam firmam manere: (*x*) nam reſpondetur, quod quando aliqua conſtitutio loquitur in materia juris communi, & aliquos caſus excipit, non per hoc firmat regulam in non numeratis, imò ſuppletur à Jure Communi in caſibus in ea non exceptis, ſecundum Panormitanum. (*y*)

181. Ex quibus omnibus Judices facillimè intelligere poterunt, quando reus ad Eccleſiam confugiens immunitate ejus gaudere debeat, & quando inde extrahi poſsit: unde quoties caſus occurrerit, in quo confugiens gaudere non debeat, Judex Sæcularis impunè, cognito prius quod reus gaudere non debet, poterit illum extrahere.

186. Et ſi Judex Eccleſiaſticus ſuis cenſuris impedire velit, ab eo appellare poterit ad Judicem Eccleſiaſticum Superiorem, 183. *proteſtando el auxilio Real de la fuerza, y ha de embiar luego à la Chancilleria por la Proviſion Ordinaria, para que por via de fuerza ſe lleve el proceſſo original, y haſe de embiar poder à un Procurador de la Chancilleria con una relacion del caſo: la qual Proviſion ſe dà luego, para que ſe lleve el dicho proceſſo, y para que el Juez Ecleſiaſtico abſuelva los deſcomulgados, y alce el entredicho, ſi eſtuviere pueſto, por eſpacio de ſeſenta dias. Y ſi en la Chancilleria ſe remitiere el negocio al Juez ſeglar, declarando haver havido lugar ſu apelacion del Ecleſiaſtico, el dicho Juez ſeglar procede contra el delinquente.*

184. Et redeundo, unde digreſsi fuimus, nempè, quando reus fuit deprehenſus, & in carcere detruſus, vel ab Eccleſia juſtè extractus, tunc Judex advertere debet, quod cauſa incarcerati pia eſt, ſecundum Bartolum, (*z*) ac proinde celeriter erit expedienda. (*a*) 185. Et quàm primum Judex viſitabit delinquentem incarceratum, & ejus confeſsionem recipiet, monebitque prius cuſtodem carceris, ne ante confeſsionem receptam permittat aliquem cum delinquente loqui, ne eum inſtruat ad negandum, ſecundum Gregor. Lupum. (*b*)

EX §. QUARTO.

SUMMARIA.

1 *DElinquente incarcerato, Judex ſtatim coram Tabellione confeſsionem ejus aſſumere debet, & in ſcriptis eam redigi facere.*

2 *Tabellio ſolus confeſsionem delinquentis incarcerati aſſumere non poteſt.*

3 *Capto delinquente, ſtatim ante confeſsionem quærere debet Judex ab eo, cujus ſtatus, conditioniſvè ſit, & ætatem quam habeat.*

4 *Si delinquens major vigintiquinque annis ſit, recipiendum ab eo juramentum de veritate dicenda, & interrogationes, ſecundum circunſtantias negotii faciendæ.*

5 *Si delinquens minorem vigintiquinque annis ſe dixerit, & talis appareat, dandus ſibi curator eſt.*

6 *Confeſsio minoris abſque curatore, etiam ſponte facta, nullius momenti eſt.*

7 *Judex, antequam à delinquente minore confeſsionem recipiat, præſtat ad litem curatorem aliquem ex Procuratoribus Audientiæ: qui acceptat, & jurat, & fidejuſſorem præſtat coram Tabellione ipſius cauſæ.*

8 *Judex recipit à delinquente minore juramentum de veritate dicenda coram ſuo curatore: quod juramentum præſtare tenetur, & ad interrogata reſpondere.*

9 *Tam major, quam minor, à quibus juramentum de veritate dicenda juſte petitur, eam proferre tenetur.*

10 *Reſolvuntur plurima, quæ obſtare videntur contra magis communem opinionem, quæ habet, eum, à quo receptum eſt juramentum de veritate dicenda, debere eam dicere.*

11 *Qui injuſte interrogatur à Judice de delicto à ſe commiſſo, ei verum dicere non tenetur; cæterum ſi juſte, tenetur ſe prodere, & veritatem fateri.*

12 *Juſte interrogatur quis à Judice de delicto, quando de eo ſemiplena probatio adeſt, & de ea innoteſcit interrogato.*

13 *Delinquens ſciens juſte à ſe inquiri veritatem, eam fateri tenetur, & quæ contra eum ſunt indicia ſibi manifeſtanda ſunt.*

14 *Tabellio debet legere delinquenti, à quo re-*

(*x*) Juxta text. in leg. *Hæreditarium*, §. *Sed neque*, ff. de *Fundo inſtructo*, & in cap. *Dominus* 32. quæſt.7. & in cap.1. de *Confeſ.*

(*y*) In dict. cap. *Inter alia*, n.15. per text. in cap. *Ad audientiam*, de *Cleric. non reſid.* ubi n.2. idem firmat: tenent gloſſ. & Bart. in leg. *Servi*, ff. de *Uſucap.* & facit text. junct. gloſſ. in cap. *Quoniam frequenter* in princ. *Ut lit. non conteſt.* & ibi latè Felin. num. 3. & Covar. lib. 2. Variar. cap. 5. num. 6.

(*z*) Et Cin. quos refert, & ſequitur Tiraq. in Tract. de Privil. piæ cauſæ, in præfatione.

(*a*) Juxta text. in leg. fin. Cod. de *Cuſtod. reor.*

(*b*) In leg. 6. tit. 29. Part. 7. in gloſſ. fin.

recipitur confeſsio, unam, duaſvè teſtificationes receptas in ſummaria informatione, teſtium nominibus tacitis: ut ex eis delinquens intelligat qualiter delictum probetur.

15 *Delinquens injuſtè interrogatus, vel quia ſemiplenè de delicto non conſtat, vel à Judice in competenti interrogatus, aut à legitime recuſato, aut ab eo, à quo legitime appellatum extat, poterit declinare verſutiam Judicis, alia adhibita fraude.*

16 *Delinquens, injuſte interrogatus à Judice, non poteſt ſimpliciter veritatem negare; licet ſubterfugio verborum Judicem fallere poſsit.*

17 *Mendacium prolatum ab injuſte interrogato à Judice ſuper delicto, ſi ſine juramento, veniale peccatum, ſi cum juramento, mortale eſt.*

18 *Delinquens, qui confitetur delictum, in carcerem reducendus, confeſsione in ſcriptis redacta, donec ſententia feratur.*

19 *Confeſſus in civilibus pro condemnato habetur; in criminalibus autem ſententia Judicis declaratoria adeſſe debet.*

20 *Delinquens ex ſola ſua confeſsione condemnandus non eſt.*

21 *Clericus ex ſola ſua confeſsione, abſque alia probatione condemnandus, ſecundum Bernardum Diaz.*

22 *Minori confitenti delictum cum juramento, curatore præſente, an competat in integrum reſtitutio adverſus confeſsionem.*

23 *Delinquenti confitenti delictum aſsignandus terminus trium dierum, vel alius major, vel minor ad allegandas ſuas exceptiones, & eo elapſo fertur ſententia, & executioni mandatur.*

24 *Si delinquens neget, intimari debet parti offenſæ, quod accuſationem proponat.*

§. QUARTUS.

DE CONFESSIONE DELINQUENTIS.

1. POſtquam delinquens fuerit in carcerem detruſus, ſtatim Judex recipere debet ejus confeſsionem coram Tabellione, facereque, quod in ſcriptis à Tabellione confeſsio redigatur: (*a*) 2. nec ſolus Tabellio confeſsionem delinquentis aſſumere poterit. (*b*)

3. Quamobrem Judex illico accedere debebit ad carcerem cum Tabellione, & mandabit quod coram ſe delinquens compareat, interrogabitque eum, *cujus ſtatus, conditionis, & ætatis ſit*: 4. qui ſi reſponderit, ſe majorem eſſe vigintiquinque annis, juramentum de veritate dicenda ab eo recipiet, & interrogationes faciet, ſecundum circunſtantias negotii: 5. ſi vero delinquens reſponderit, ſe minorem eſſe vigintiquinque annis, & ita ex ejus aſpectu apparuerit, (*c*) tunc Judex ante omnia curatorem ei dabit, quia minor vigintiquinque annis non habet perſonam legitimam ſtandi in judicio: (*d*) alioquin, confeſsio minoris abſque curatore facta, eſſet nulla, etiam ſi ſponte minor eam fecerit: (*e*) 6. & hanc teſtantur communem opinionem, & in Regnis Hiſpaniarum uſu receptam, & in praxi obſervatam plures DD. relati, ac recepti à Julio Claro. (*f*)

7. *Y aſsi luego el Juez le ha de proveer de Curador* ad litem. *y de ordinario le dà por ſu Curador un Procurador de la Audiencia, el qual luego acepta la curadurìa, y hace juramento en forma, de que como bueno, y fiel Curador defenderà la cauſa de ſu menor, ſegun de derecho es obligado, y dà alli fiador, de que lo cumplirà, y el Curador, y ſu fiador ſe obligan en forma ante el Eſcribano de la cauſa; y hecho eſto, el Juez le diſcierne la Curadurìa*: 8. & tunc Judex coram curatore recipit juramentum à minore de veritate dicenda, quod juramentum minor præſtare tenetur, & ad interrogata reſpondere: (*g*) pro qua opinione Anton. Gomez eam ſequens (*h*) expendit text. in leg. 4. tit. fin. Part. 6. Et ita obſervatur, licet contrarium teneant plures relati per Jaſſonem. (*i*) 9. Et tam iſte minor, quàm major interrogatus à Judice tenetur veritatem confiteri: nam cuicumque reo juramentum de veritate dicenda de-

(*a*) Juxta text. in leg. 1. in princ. ff. de *Cuſtod. reor.* & in leg. 4. & 6. tit. 29. Part. 7.

(*b*) Secundum gloſſ. receptam in leg. *Jubemus*, verb. *Aliud judicium*, Cod. de *Liberal. cauſ.* quam notat Rip. in Pract. Crim. §. *Poſtquam*, n. 17. Florian. in leg. *Proinde*, n.112. ff. *Ad leg. Aquil.* & Matth. de Afflict. in deciſ. 182. n. 6.

(*c*) Juxta text. in leg. *Minor vigintiquinque annis ex aſpectu*, ff. de *Minor.*

(*d*) Ut probat text. in leg. *Clarum*, Cod. de *Author. præſt.*

(*e*) Ut probatur in leg. *Cum, & minores*, Cod. *Si adverſ. rem judic.* & notat Bartol. in leg. fin. §. *In pupillo*, col. 2. ff. de *Verb. oblig.* & Hyppol. in Pract. Crim. §. *Nunc videndum*, n. 31. & probat text. in leg. 11. tit. 2. Part. 3. & ita reſolvit Anton. Gom. in 3. tom. Variar. cap. 1. n. 64.

(*f*) Lib. 5. Sententiarum 6. fin. quæſt. 51. num. 2. & quæſt. 55. n. 12.

(*g*) Juxta text. in dict. leg. *Clarum*, & firmat expreſsè gloſſ. in leg. 2. §. *Quod obſervari*, Cod. de *Juram. calumn.* verb. *Scire poſſum*, & ibi notant Bartol. Cyn. & Paul. n.7. idem firmat gloſſ. magna in leg. 2. Cod. de *Edend.* & gloſſ. in cap. 1. de *Juram. calumn.* quarum gloſſ. opinionem teſtatur communiter receptam Hyppol. in leg. pen. ff. de *Quæſt.* n. 72. & Rod. Suar. in leg. 4. tit. *De las juras*, verſ. Unum nota lib. 2. For. col.7.

(*h*) In 3. tom. Variar. cap. 1. n. 65.

(*i*) In leg. *Ambiguitatis*, Cod. de *Indict. viduit. toll.*

deferendum eſt. (*j*)

10. Nec obſtat textus in cap. *Quis aliquando*, verſ. *Item illud*, de *Pœnit.* Diſtinct. 1. ubi dicitur, quod nemo tenetur ſuum delictum patefacere: & illud Iſaiæ cap. 3. ubi reprehenduntur, *qui peccata ſua, tanquam ſodoma prædicant, nec abſcondunt*: & facit text. in cap. *Nullo* 12. quæſt. 1. & in cap. *Non ſunt audiendi* 11. quæſt. 3. ubi dicitur, quod vita, & conſcientia nobis ſunt neceſſaria, & proximo fama bona: facit illud Matthæi cap. 11. ubi dicitur, quod *jugum Domini ſuave eſt, & præcepta ejus levia*; ſed graviſsima eſſet lex, quæ obligaret aliquem ad ſe prodendum, quinimò & eſſet contra jus naturale, cum perinde eſſet, ac ſi eum obligaret ad ſe occidendum; ergo videtur, quod delinquens non tenetur veritatem delicti fateri: 11. nam reſpondeo, quod in contrarium adducta procedunt, quando aliquis injuſtè interrogaretur à Judice; nos autem loquimur, quando debitè, & juſtè interrogatur: nam tunc tenetur veritatem fateri, & ſe prodere, ſecundum Divum Thomam. (*k*)

12. Juſte autem dicitur quis à Judice interrogari, *quando in actis proceſſus delictum adverſus eum ſemiplenè probatum eſt per unum teſtem, oculatum, & omni exceptione majorem, vel famam publicam, aut unum inditium, vel plura illi æquipolentia plenè probata, & hoc ei notificatum eſt à Judice*, ex Div. Thoma. (*l*) 13. Ac ideò delinquens non tenetur veritatem fateri, niſi quando ſcit ritè, & rectè poſſe à Judice interrogari: quo circa manifeſtari debent delinquenti indicia, quæ ſunt contra eum, & copiam eorum ei tradi, ſecundum Sotum, & Navarrum. (*m*) 14. *Y aſsi el Juez debe mandar al Eſcribano de la cauſa, que lea uno, ò dos teſtigos de la ſumaria informacion, de los que dicen contra el que eſtà declarando ſu confeſsion, ſin decir los nombres de ellos, y entonces el Juez ha de decir al confeſſante, que vèa lo que aquellos teſtigos dicen contra èl: por tanto, que diga la verdad de lo que ſabe en aquel negocio*: non tamen erit neceſſum, copiam inditiorum ipſi reo, ejuſve Advocato decernendam fore, ut opinabatur Doctor Segura Davalos, Vir alioquin doctus: (*n*) Nam cum à Tabellione cauſæ ex mandato Judicis legantur, & referantur depoſitiones teſtium teſtificantium contra reum confitentem, jam non ſolum verbo Judicis ſtatur, imò obſervatur forma à Pontifice præſcripta in cap. *Quoniam contra falſam.*

15. Cæterum, ſi injuſte, & indebite, prædictis deficientibus, delinquens interrogetur, vel ſi Judex incompetens ſit, aut legitimè recuſatus, ſeu legitime ab eo ſit appellatum, tunc delinquens non tenetur veritatem fateri, ſed poterit declinare verſutiam Judicis, alia fraude adhibita, ex traditis per Gloſſam, (*o*) & poterit uti ſubterfugio, & obſcuritate, & amphibologia verborum, nempè, *negando interrogationem, prout in ea continetur*, aut *negando interrogationem, prout ſibi proponitur*, eo ſenſu intra ſe retento, quòd ſibi proponitur, ac ſi ad delictum confitendum teneretur, cum tamen non teneatur; (*p*) 16. non tamen delinquens poterit ſimpliciter negare veritatem abſque ſubterfugio verborum: nam tunc mendacium committeret, quod non permittitur: (*q*) 17. quod mendacium prolatum ab injuſtè interrogato, *ſine juramento* peccatum veniale eſt; ſi verò prolatum fuerit *cum juramento* peccatum mortale erit, ut reſolvunt Soto, (*r*) & Covarruvias. (*ſ*)

18. Si verò delinquens delictum confiteatur, ſtatim ejus confeſsio in ſcriptis redigenda erit, & ipſe in carcerem reducendus, donec ſententia feratur: (*t*) 19. nam licet in cauſis civilibus confeſſus habeatur pro condemnato, tamen in criminalibus requiritur ſententia

(*j*) Secundum Bart. in leg. *Inter omnes*, §. *Rectè* in fin. ff. de *Furtis*, cujus opinionem magis communem eſſe, firmat Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. fin. quæſt. 45. n. 9.

(*k*) 2. 2. quæſt. 69. art. 1. & ibi Cajet. Palud. in 4. Diſtinct. 19. quæſt. 4. col. 3. & Navar. in cap. *Inter verba* 11. quæſt. 3. concluſ. 6. & in Manual. cap. 18. num. 57. & cap. 25. n. 35.

(*l*) Ubi ſupr. art. 2. & ibi Cajet. conſentit Sot. in Tract. de Ratione tegendi, & detegendi ſecretum, memb. 2. quæſt. 7. pag. 62. col. 1. & Navar. in cap. *Inter verba* 11. quæſt. 3. n. 730. & in Manual. cap. 18. n. 57. & in cap. 25. num. 36.

(*m*) Ubi ſupr. & Gregor. Lup. in leg. 4. tit. 29. Part. 7. in gloſſ. magna.

(*n*) In ſuo Direct. Judicium Eccleſiaſt. 2. part. cap. 14. n. 34. per text. in cap. *Quoniam contra falſam*, de *Probat.* quem voluit allegare, dum citavit text. in cap. *Quoniam frequenter.*

(*o*) In ſimili in cap. *Cupientes*, verb. *Malignantium*, de *Elect.* lib. 6.

(*p*) Ut colligitur ex text. in cap. *Qualiter, & quando* 1. de *Accuſat.* ibi: *Exceptis occultis*, junct. text. in cap. *Erubeſcant* 32. Diſtinct. & tradit Adrian. in 4. de Sacrament. Confeſ. §. *Ad argumenta*, dub. 9. aſſerens, hanc eſſe communem opinionem, cui conſentit Navar. in dict. corol. 64. à num. 765.

(*q*) Ut probatur in cap. *Nequis arbitretur* 22. quæſt. 2. & in cap. *Super eo*, de *Uſur.* & reſolvit Navar. in dict. corollar. 64. n. 765.

(*r*) In Tract. de Ratione tegendi, & detegendi ſecretum, membr. 3. quæſt. 3. concluſ. 6. Navar. in cap. fin. de *Pœnitent.* Diſtinct. 5. n. 13.

(*ſ*) In lib. 1. Variar. reſolut. cap. 1. n. 2.

(*t*) Juxta text. in leg. *Si confeſſus*, ff. de *Cuſtod. reor.* & in leg. 4. tit. 29. Part. 7.

tia declaratoria Judicis; (*u*) 20. quinimo ex ſola confeſsione delinquentis condemnatio fieri non debet, ſed requiritur, quod de delicto commiſſo conſtet, (*x*) ne contingat innocentes falſa confitentes damnari, (*y*) quia in manu cujuſdam non eſt, vitam profundere, (*z*) nec famam, ſeu honorem prodigere: (*a*) quod in Clericis obſervandum etiam eſt, qui ex ſola confeſsione, ſine eo quod conſtet de delicto perpetrato, condemnandi non ſunt: nam ratio, quæ in laicis militat, magis perſtringit in Clericis, quorum fama integra neceſſaria eſt Reipublicæ, cum in altiorem locum ſint ſublati, ut reliqui in eos, tamquam in ſpeculum oculos conjiciant, & ex eis ſumant, quod imittentur: (*b*) & hanc opinionem tenent Baldus, & Barbacia, ubi ſuprà, dum ad text. in cap. *Et ſi Clerici* agentem de Clericis, ſupplent, *modo confiterentur de crimine commiſſo*: & ita exiſtimo tenendum eſſe; 21. quamvis Bern. Diaz (*c*) reſolvat, Clericum condemnari poſſe ex ſola ejus confeſsione, abſque eo quod de delicto commiſſo conſtet: quo in loco alias plures ſpecialitates reſultantes ex confeſsione Clerici congerit. (*d*)

Advertendum tamen erit, quod ſi delinquens ſit minor vigintiquinque annis, & delictum confiteatur, ſtatim quod ſibi datus fuerit curator, caute Judex agere debet, quod non eo momento temporis, quo datus fuit curator, auctoritatem præſtet curator confeſſioni factæ per minorem: quia tunc non valeret talis actus, tanquam factus abſque cauſæ cognitione propter modicitatem, & brevitatem temporis, ex qua apparet cognitionem cauſæ non præceſsiſſe, nec interveniſſe, quæ ad validitatem actus deberet intervenire. (*e*)

22. Advertendum etiam erit circa ſupra dicta, quod ſi delinquens fuerit minor, & *auctoritate curatoris* confeſſus fuerit delictum, eidem competere poterit reſtitutio in integrum adverſus confeſsionem, etiam *cum juramento* factam, ſecundum Angelum, & DD. (*f*) oppoſitam tamen ſententiam, imo tunc reſtitutionem minori non competere, tenet Anton. Gomez, (*g*) & eam veram eſſe intelligit Menochius, (*h*) quando illa confeſsio minoris aliis indiciis, & conjecturis comprobaretur, ex doctrina Jaſſonis. (*i*)

23. Deinde Judex delinquenti confeſſo aſſignat terminum trium dierum, aut alium majorem, vel minorem, ad allegandas ſuas exceptiones, & defenſiones, & termino elapſo, pervenitur ad ſententiam, & ejus executionem; (*j*) 24. ſed ſi delinquens delictum neget, perveniendum eſt ad accuſationem, & intimari debet parti offenſæ, ut accuſationem proponat.

EX §. QUINTO.

SUMMARIA.

1 *JUDICE ex officio procedente contra delinquentem, recepta ſummaria informatione, requirendi ſunt offenſus, vel qui ſuorum injuriam perſequi poſſunt, an querelare velint, & ſi voluerint, interponat querelam per viam actus coram Tabellione; & poſt recipitur confeſsio.*

2 *Judice procedente contra delinquentem ad inſtantiam partis, querela proponitur per viam actus, vel ab Advocato ſubſcripta, & ſibi data ſummaria informatione, per ſemiplenam probationem decernitur mandatum captionis.*

3 *Querela per viam actus.*

4 *Querela ad requiſitionem Judicis propoſita, Judex recipit confeſsionem delinquentis, & facit notificari parti, ut intra certum tempus accuſationem proponat in forma.*

(*u*) Secundum gloſſam receptam in leg. unic. Cod. de *Confeſ.* & gloſſ. in dict. leg. *Si confeſſus*, ff. de *Cuſtod. reor.* & ibi notant Bartol. & omnes.

(*x*) Secundum Bald. n. 7. Barbac. n. 57. in cap. *Et ſi Clerici*, de *Judic.* Paul. Caſtr. in Auth. *Sed novo jure*, Cod. de *Serv. fugit.* & communiter DD. ex Simanc. de Inſtitut. Cathol. tit. 13. n. 2. & Jul. Claro in lib. 5. Sentent. §. fin. quæſt. 55. n. 10. per text. in leg. 1. §. *Item illud*, ff. *Ad Sillan.*

(*y*) Contra text. in leg. 1. §. *Si quis ultro*, ff. de *Quæſt.* & in leg. *Abſentem*, ff. de *Pœnis.*

(*z*) Ut in cap. *Si non licèt* 23. quæſt. 5.

(*a*) Ut in cap. *Nolo* 12. quæſt. 1.

(*b*) Juxta text. cap. *Qualiter, & quando* II. de *Accuſ.* cap. *Cleros* 21. Diſtinct. in Conc. Trid. ſeſſ. 14. de Reformat. cap. 1.

(*c*) In Pract. Crim. cap. 119.

(*d*) Et plura alia utilia circa confeſsionem delinquentis refert Jul. Clar. in dict. quæſt. 55.

(*e*) Ita in propriis terminis firmat Hyppol. de Marſiliis in Pract. Crim. §. Nunc videndum, n. 32. & 33. ex doctrina Anchar. in conſ. 72. & in conſ. 35. col. 1. & in conſil. 115. col. 2. & ſequitur Jaſſ. in leg. *Judices*, Cod. de *Judic.* & pro hac reſolutione plura alia refert Hyppol. in loco proxime citato.

(*f*) In leg. *Certum*, §. *In pupillo*, ff. de *Confeſ.* Alex. in conſ. 115. n. 6. lib. 3. & plures, quos refert Menoch. lib. de Arbitr. caſ. 268. n. 4. & in conſ. 100. n. 283.

(*g*) In 3. tom. Variar. cap. 1. n. 66. & ejus opinionem indiſtinctè ſequitur Jul. Clar. lib. 5. Sententiarum, §. fin. quæſt. 60. n. 4.

(*h*) In dict. conſ. 100. n. 306.

(*i*) In leg. *Nam poſtquam*, §. *Si minor*, n. 7. ff. de *Jurejurand.* & Ruini in conſ. 135. n. 8. lib. 1. & prædictam opinionem ad utramque partem diſputat D. Franc. à Sarm. lib. 3. Select. cap. 13. & quodam fœdere diſtinctionis eam diſſolvit.

(*j*) Ut reſolvit Hyppol. in Pract. Crim. §. Poſtquam,

5 *Judice ex officio non requirente partem, delinquens petit, quòd præcipiat parti offenſæ, ut accuſationem proponat intra terminum, etiam intentando remedium*, *leg.* Diffamari.

6 *Judex præfigit terminum prætendenti aliquod jus contra delinquentem, poſt quem non audiatur.*

7 *Non propoſita accuſatione à parte intra terminum, incuſatur ejus contumacia, & Judex præcipit, quod amplius non audiatur, & quod Fiſcalis cauſam aſſumat.*

8 *Unica monitio ſufficit, ut tranſacto termino, amplius pars offenſa contra delinquentem non audiatur.*

§. QUINTUS.

DE INTIMATIONE PARTI OFFENSÆ facienda, ut accuſationem proponat.

1. ADvertendum eſt, quod quando Judex à principio procedit *ex officio*, recepta ſummaria informatione de delicto, & ejus delinquente, antequam ad ulteriora procedat, requirit offenſum, vel eos, qui poſſunt proſequi ſuorum injuriam, an velint querelare, (*a*) & ſi reſpondeant, quod ſic, tunc *per viam actus* coram Tabellione interponunt querelam, & deinde Judex recepit confeſsionem delinquentis, ut ſuprà reſolvimus. Non tamen poterit Judex cogere offenſum ad accuſandum delinquentem, ſecundum Gloſſam: (*b*) nec etiam poterit compellere hæredem offenſi ad accuſandum, & ita in *praxi* obſervatur, ſecundum Julium Clarum; (*c*) benè tamen offenſus compellitur ſub juramento declarare, & narrare ſeriem facti.

2. Quando verò Judex à principio procedit ad inſtantiam partis offenſæ, tunc pars offenſa proponit querelam coram Tabellione *per viam actus*, vel ſubſcriptam ab Advocato: (*d*) & Judex inquit, quòd *ſibi detur informatio*, & data ſemiplena probatione, datur mandatum de capiendo perſonam delinquentis, & querela utroque caſu proponitur, modo ſequenti.

QUERELLA.

3. ,, En Salamanca, à tantos dias de tal
,, mes, y de tal año, ante el Illuſtre Señor Al-
,, calde Mayor, y en preſencia de mì el pré-
,, ſente Eſcribano, y teſtigos, pareciò preſen-
,, te Ticio vecino de eſta Ciudad, y dixo: que
,, en la mejor via, y forma, que de derecho
,, podia, ſe querellaba, y querellò criminal-
,, mente de Seyo, y de los demàs, que pa-
,, reſcieſſen culpados en la proſecucion de eſta
,, cauſa, y contando la cauſa de ſu querella,
,, dixo: que habidas por premiſſas las ſolem-
,, nidades del derecho, en un dia de eſte preſen-
,, te mes, que ſe còntaron veinte y ſiete dias de
,, èl, el ſuſodicho reo acuſado, con poco temor
,, de Dios, y menoſprècio de ſu conſciencia, y,
,, en deſacato de la Juſticia Real, vino à èl,
,, y ſin le decir coſa, ni hacer, por do mal, ni
,, daño le huvieſſe de venir, le diò una muy,
,, gran cuchillada en la cabeza, de que le cor-
,, tò cuero, y carne, y le ſaliò mucha ſangre:
,, en lo qual anſi haver fecho, havia cometi-
,, do, y cometiò grave, y atròz delito, digno
,, de punicion, y caſtigo. Por ende, que pe-
,, dia, y pidiò à ſu Merced, que habida ſu-
,, maria informacion de lo contenido en ſu que-
,, rella, mandaſſe prender al dicho reo acuſa-
,, do, y à los demàs, que pareciesſen culpa-
,, dos, y tenerlos preſos, y à buen recaudo
,, en la Carcel pública de eſta Ciudad, don-
,, de proteſtaba, y proteſtò acuſarle mas en
,, forma, para que fueſſe caſtigado por todo
,, rigor de derecho, y para ello el oficio de
,, ſu Merced implorò, pidiò juſticia, y coſtas,
,, y jurò en forma, &c.

4. Porrecta, & interpoſita hac querela, quando à principio ad inſtantiam partis proceditur, dataque ſummaria informatione, & delinquente capto, vel interpoſita prædicta querela à parte, quando ad requiſitionem Judicis fuit propoſita, tunc Judex recipit confeſsionem delinquentis, ut ſuprà reſolvimus, & deinde præcipit, *notificari parti offenſæ, ut intra certum tempus accuſationem in forma adverſus delinquentem proponat.* Et iſta praxis obſervatur in noſtro Regno, ut firmat Anton. Gomez. (*e*)

5. Et ſi Judex *ex officio* non requirat partem offenſam, tunc delinquens detentus in carcere petit à Judice, quod *præcipiat parti offenſæ, ut accuſationem proponat, intra certum terminum*, intentando, ſi opus fuerit remedium, leg. *Diffamari*, Cod. de *Ingen. & manumiſ.* ut reſolvit Anton. Gomez: (*f*) 6. & tunc Ju-

(*a*) Quam praxim probat gloſſ. in cap. *Presbyteri*, *ſi à plebe* 2. quæſt. 4. & eam dicunt ſingularem, & communiter receptam plures, quos refert, & ſequitur Aviles in cap. *Prætorum*, cap. 1. gloſſ. verb. *Fiel*, n. 34. Ægid. Boſſius in Pract. Crim. tit. de Inquiſ. n. 68. & Jul. Clar. omnino videndus lib. 5. Recept. §. fin. quæſt. 3. à n. 4.

(*b*) In leg. *Si quis homicidii*, verb. *Coges*, Cod. de *Accuſ.* quam teſtatur communiter receptam Covar. lib. 1. Variar. cap. 11. circa fin.

(*c*) Lib. 5. Sentent. §. fin. quæſt. 15. n. 5.

(*d*) Ut in leg. *Si quis ſe injuriam*, Cod. de *Accuſat.*

(*e*) In 3. tom. cap. 1. num. 17. cum ſeqq. & eam unico tantum verbo propoſuit Bald. in leg. *Quamvis*, leg. 2. Cod. *Ad leg. Juliam*, de *Adult.* & idem diſponit text. in leg. 17. tit. 1. Part. 7. & in leg. fin. tit. 26. lib. 4. For. & Ordin. Luſitan. lib. 5. tit. 1. in princ.

(*f*) Ubi ſupr. n. 17. & Covar. lib. 1. Variar. cap. 18.

Judex præfigit terminum pretendenti aliquod jus, ut intra illum proponat accuſationem, alioquin poſtea non audiatur: 7. qua accuſatione intra terminum non propoſita, delinquens incuſat contumaciam parti offenſæ, & Judex præcipit, *eam amplius non eſſe audiendam*, jubetque Fiſcali, *cauſam aſſumere, accuſationemque proponere.* 8. Et ad hoc quod poſt lapſum terminum præfixum à Judice, offenſus non audiatur, ſufficit unica tantum monitio, & termini aſsignatio, (*f*) ut concludit Anton. Gomez (*g*) reſolvens, quando, lapſo termino, offenſus poterit admitti. Et tunc Fiſcalis, vel offenſus, ſi in termino comparuerit, *mutatis mutandis* proponit ſuam accuſationem in forma.

EX §. SEXTO.

SUMMARIA.

1 *ACcuſatio ſolemnis in ſcriptis proponenda eſt.*

2 *Accuſatio accuſatoris, & accuſati perſonas contineat, & nomen Imperatoris, aut Regis, diem, & menſem, & locum commiſſi delicti, & ipſummet delictum.*

3 *Libellus, ſeu forma accuſationis ſolemnis Hiſpano ſermone concepta.*

4 *Forma intentandi incidenter actionem civilem, damna, & intereſſe, ſermone Hiſpano concepta.*

5 *Libellus, ſeu forma intentandi accuſationem civiliter, Hiſpano ſermone.*

6 *Quare ponatur in libello accuſationis,* Ticio vecino de tal lugar, &c.

7 *Accuſationem nomen accuſatoris continere debet.*

8 *Abſque accuſatore nemo damnandus.*

9 *Accuſator ipſe, & non per Procuratorem proponere debet accuſationem criminalem.*

10 *Perſona Illuſtris per Procuratorem accuſare, & ſe defendere poteſt crimine injuriarum, ſecus in aliis graviſsimis delictis.*

11 *Procurator admittitur ad accuſandum delictum, ex quo ſolummodo veniat imponenda pœna relegationis, infamiæ, vel pecuniæ.*

12 *Procurator non admittitur ad accuſandum, ſi veniat imponenda pœna relegationis perpetuæ Jure Regio.*

13 *Praxi introductum, quod mulier, vel alia honeſta, & Nobilis perſona, infirmus, vel in carcere detentus petat à Judice facultatem accuſandi per Procuratorem, vel ſe defendendi.*

14 *Proceſſus geſtus cum Procuratore ſuper accuſatione criminali eſt nullus, etiam parte non opponente.*

Clauſula: Como mejor haya lugar de derecho, acuſo criminalmente, &c. *quomodo intelligenda.*

15 *Clauſula*: Preſidiendo en la Igleſia de Dios, &c. *de jure eſt neceſſaria, licet de conſuetudine non.*

16 *In delictis attrocibus ſuperior clauſula ſolet apponi per advocatos: cæterum in parvis ſolum dicitur*: Habidas aqui por premiſſas las ſolemnidades del derecho, &c.

17 *Nomen Judicis, coram quo accuſatio proponitur, an in ea apponi debeat.*

18 *Clauſula*: En un dia de tal mes de eſte preſente año, &c. *& ibi*: En la plaza, *apponitur, ad denotandum, quod accuſatio debet continere annum, menſem, & locum commiſſi delicti.*

19 *Libellus menſem, & annum, & locum commiſsi delicti non continens, non eſt admittendus.*

20 *Si non probetur tali menſe, & anno, & loco expreſsis in libello commiſſum delictum, reus abſolvendus venit.*

21 *Dies, & hora commiſsi delicti non eſt de ſubſtantia accuſationis, nec apponi debet.*

22 *Si pars petat diem, & horam apponi in accuſatione, ut poſsit ſe defendere coarctando negativam, exprimenda eſt.*

23 *Clauſula*: Salvo, y ſeguro, *apponitur, ut donet accuſatum fuiſſe aggreſſorem.*

24 *Aggreſſor gravius punitur, quam, qui in rixa deliquit.*

25 *Clauſula*: Poſpueſto el temor de Dios, *apponitur ad magis provocandum Judicem.*

26 *Clauſula*: Acompañado de muchas perſonas, y armado de todas armas, *non eſt neceſſaria; ſed apponitur ad aggravandum delictum, & ut delinquentem prius delictum excogitaſſe, conſtet.*

27 *Armatus præſumitur prius rixam paraſſe.*

28 *Clauſula*: Con animo Diabolico ſobre penſado, *quare ponatur in accuſatione.*

29 *Delictum ex propoſito commiſſum magis puniendum, quam id, quod repente, & calore iracundiæ perpetratur.*

30 *Mens, & animus diſtingunt maleficia.*

31 *Clauſula*: A traycion, y alevoſamente, &c. *quid importet.*

32 *Proditorie occidit, vel offendit, qui* re-

(*f*) Juxta text. in leg. *Titia*, ff. de *Accuſ.* juncta doctrina Bart. ibi & text. in leg. *Si ea*, Cod. *Qui accuſ. non poſſ.* ubi DD. communiter, & firmat Bartol. in Extravag. *Ad reprimendum*, verb. *Super directo crimine*, in fin.

(*g*) In dict. cap. 1. n. 24. ubi ſatisfacit fundamentis in contrarium adductis.

retro, non facie ad faciem in prælio, vel rixa offendit aliquem, etiam ſuum inimicum.

33 *Quis dicatur proditor de Jure communi.*

34 *Proditoriè occidens, qua pœna puniendus.*

35 *Clauſula*: Y me tirò muchos golpes, y cuchilladas, y me diò una cuchillada, &c. *quare ponitur.*

36 *Non ſolum de delicto, & delinquente, verum etiam de vulnere conſtare debet.*

37 *Clauſula*: Lo qual hizo con animo de me injuriar, y la provoquè en mi animo, *quare poſita.*

38 *Animus injuriandi requiritur in delictis, quia mens, & animus ea diſtinguunt.*

39 *Offenſus debet injuriam ſibi illatam ad animam revocare, ut accuſare valeat.*

40 *Clauſula*: La qual injuria, y delito es grave, y atròz, *quare poſita.*

41 *Attrocem injuriam eſſe, ex quibus contingit.*

42 *Clauſula*: Y por ello incurriò en graves, &c. *quare poſita.*

43 *Delictum pluribus pœnis, & diverſis ſolet inveniri punitum.*

44 *Si pluribus pœnis delictum reperiatur punitum, & non conſtet, quæ illarum aliam corrigat, omnes infligendæ, ſecundum communem: & ſecundum quod praxis recepit, illa dumtaxat, quæ à poſteriori lege impoſita reperitur.*

45 *Pluribus pœnis diverſis cumulativè impoſitis à pluribus legibus pro uno delicto, ſi ab eis exprimatur, omnes infligendas eſſe, & habere locum, omnes imponendæ ſunt.*

46 *Conſtito, quod una pœna tollat aliam, illa infligenda.*

47 *Si unica pœna reperiatur delictum una, vel pluribus legibus punitum, illa eſt infligenda.*

48 *Si nulla pœna delictum reperiatur punitum, arbitrio Judicis extraordinarie erit puniendum.*

49 *Clauſula*: Por ende à Vmd. pido, &c. *quare poſita in libello.*

50 *In criminalibus concluſio libelli de Jure non eſt neceſſaria; licet ea utantur de conſuetudine practici Advocati.*

51 *Clauſulæ*: Y en lo neceſſario el oficio de Vmd. & *ibi*: Y júro à Dios, &c. *quare ponantur.*

52 *Licet de Jure accuſator teneatur ſe ſubſcribere ad pœnam Talionis, tamen de conſuetudine talis ſubſcriptio neceſſaria non eſt.*

53 *Accuſator tenetur de Jure Canonico ſe ſubſcribere ad pœnam Talionis, ſecundum Julium Clarum.*

54 *Judex ex arbitrio ſuo calumnioſum accuſatorem punire poterit.*

55 *Accuſator calumnioſus qualiter de Jure, Canonico puniatur, remiſsivè.*

56 *Clauſula*: E incidenter de ſu oficio, &c. *quare poſita in libello.*

57 *Æſtimatio injuriæ in libello alternativè ponenda ad lucrum, aut ad damnum.*

58 *Judex taxare debet ſummam petitam à parte pro injuria ſibi illata, attenta qualitate injuriæ, & perſonæ.*

59 *Clauſula*: Salvo en toda la taſſacion, &c. *quare poſita.*

60 *Oblata accuſatione, ſtatim intimatur accuſato, ut ad primam Audientiam reſpondeat.*

61 *Libellus reſponſorius rei ad accuſationem contra ſe poſitam Hiſpanè conceptus.*

62 *Clauſula*: Por perſona de mi Procurador, con licencia, &c. *appoſita in libello reſponſorio rei, quare poſita.*

63 *Clauſula*: En que en efecto dice, *quare poſita, & quomodo explicanda.*

64 *Clauſula*: Ni ſe puede, ni debe de mì preſumir, por ſer muy buen Chriſtiano, &c. *quare poſita.*

65 *Semel bonus ſemper præſumitur bonus.*

66 *Nobilis non præſumitur malum committere.*

67 *Quòd bonus præſumitur ſemper bonus, & Nobilis quòd malum non committet, ſunt præſumptiones Juris tantum, quæ per probationem contrariam ceſſant.*

68 *Clauſula*: Lo otro, porque al tiempo que el dicho adverſo, &c. *quid importet.*

69 *Si locus, in quo accuſatus dicit ſe fuiſſe, parum diſtet à loco commiſsi delicti, dicere debet in libello, quòd continuè per totum id tempus, quo dicit accuſator commiſſum delictum, adfuit in illo loco, nec inde receſsit.*

70 *Si locus commiſsi delicti multum diſtet à loco, in quo accuſatus dicit eo tempore fuiſſe, non eſt opus dicere, ſe nunquam receſsiſſe ab eo loco.*

71 *Clauſula*: Hacerlohia para mi propria defenſa, &c. *quare appoſita.*

72 *Delictum commiſſum ad defenſionem neceſſariam, non eſt punibile, quia omni Jure permiſſa.*

73 *Qui ad ſui neceſſariam defenſionem Clericum occidit, nec in excommunicationem, nec irregularitatem incidit.*

74 *Defenſio neceſſaria, etiam pro rebus propriis, conſanguineis, & vicinis permiſſa.*

75 *Defenſio permiſſa cum moderamine inculpatæ tutelæ, & quando tale moderamen adeſſe dicatur.*

76 *Qui adverſarium videt ad ſe venientem gladio nudo, dicitur in vitæ diſcrimine conſtitutus, nec tenetur expectare, quod ab eo prius percutiatur.*

77 *Invaſus modum defenſionis excedens, non eſt ordinarie puniendus, ſed mitius.*

78 *Ignoſcendum ei, qui provocatus voluit ulciſci.*

79 *Homo dolore intenſo promotus, non eſt in plenitudine intellectus.*

80 *Reus, qui delictum negavit, ſi poſtea, habita copia proceſſus, videat ſe convictum, poterit allegare, & probare, ad ſui defenſionem feciſſe.*

81 *Accuſatus non debet dicere ſimpliciter, ſe commiſsiſſe crimen ad ſui defenſionem, ſed præmiſſa negativa, ut in libello*: Porque, caſo no confeſſado, &c.

82 *Accuſator poteſt pro parte acceptare accuſati confeſsionem, & pro parte repudiare.*

83 *Accuſatus ex ſola confeſsione ſua de commiſſo delicto non punitur ordinariè.*

84 *Ad probandam defenſionem neceſſariam admittuntur conjecturæ, & probationes præſumptivæ, & teſtes familiares, & conſanguinei.*

85 *Injuria privata per pactum remitti poteſt.*

86 *Injuria privata remiſſa, an Judex ex officio procedere poſsit adverſus delinquentem.*

87 *In omnibus criminibus pœnam ſanguinis ingerentibus, excepto crimine adulterii, tranſactio licita eſt.*

88 *Offenſus ſimpliciter injuriam remittens, non cenſetur remiſsiſſe damna, expenſas, & intereſſe.*

89 *Clauſula*: A lo menos dàr en fiado, *quare poſita.*

90 *Reus poteſt à carcere relaxari ſub fidejuſſoribus, quotiens ex delicto pœna corporalis non venit imponenda: & fallit in caſibus hic poſitis; ſi verò corporalis imponenda veniat, non eſt relaxandus.*

91 *Etiam ubi veniret imponenda corporalis pœna, ſi conſtat de innocentia rei, etiam abſque fidejuſſoribus abſolvendus erit.*

92 *Innocentia rei conſtabit, teſtium facta publicatione.*

93 *Judex, qui in caſibus, in quibus reus ſub fidejuſſoribus relaxari poteſt, & debet, eum non relaxaverit, irrogat ei injuriam, & in ſyndicatu tenebitur.*

* * * * * * * * *

§. SEXTUS.

QUALITER ACCUSATIO CONCIPIENDA ſit.

1. Accuſatio ſolemnis contra delinquentem in ſcriptis proponenda eſt: continens *perſonam* accuſatoris, & accuſati, 2. & *nomen* Imperatoris, & Regis, & *diem*, & *menſem*, & *locum* commiſsi delicti, & *ipſum delictum*, de quo accuſatio fit. (a) Et, ut aptius ſingulæ clauſulæ accuſationis explicentur, operæ pretium duxi, in forma concipere accuſationem, tàm criminalem, quàm civilem, & utramque ſimul.

LIBELLUS ACCUSATIONIS criminaliter intentatæ.

Iluſtre Señor.

3. ,, Ticio, vecino de eſta Ciudad de Salamanca, como mejor haya lugar de derecho, acuſo criminalmente à Seyo, vecino otrosì de eſta Ciudad, preſo en la Carcel pública de ella; y contando el caſo, digo: que preſidiendo en la Igleſia de Dios nueſtro muy Santo Padre Gregorio XIII. y reynando en eſtos Reynos la Catholica Mageſtad del Rey Don Phelipe, nueſtro Señor, y ſiendo ſu Corregidor en eſta Ciudad el muy Iluſtre Señor Don Henrique, y Vmd. ſu Teniente, en un dia del mes de Abril proximo paſſado de eſte preſente año de mil y quinientos y ſetenta y tres, eſtando yo en la plaza mayor de eſta Ciudad ſalvo, y ſeguro, ſin hacer, ni decir coſa alguna, por donde mal, ni daño me huvieſſe de venir, el ſuſodicho reo acuſado, poſpueſto el temor de Dios, y menoſprecio de ſu conſciencia, y en deſacato de la juriſdiccion Real, acompañado de muchas perſonas, para ello convocadas, ſobre caſo penſado, à traycion, y alevoſamente, con ánimo Diabolico de me matar, ſe vino para mì armado de todas armas, ofenſivas, y defenſivas, con la eſpada deſembaynada, tirando muchos golpes, y cuchilladas, y me diò una herìda en la cabeza, y otra en una mano, de las quales me cortò cuero, y carne, y me ſaliò mucha ſangre, y me ſacaron muchos hueſſos, y de ellas eſtoy en la cama à punto de muerte, y

,, à

(a) Juxta text. in cap. 1. juncto text. in cap. *Quiſquis*, & in cap. fin. verſ. *Libellorum* 2. quæſt. 8. quæ jura ad hoc notant Archid. & omnes ibi, & probatur in leg. *Libellorum*, ff. de *Accuſ.* ubi gloſſ. & DD. in leg. fin. Cod. eod. tit. & ibi gloſſ. quibus convenit lex 14. tit. 1. Part. 7. & leg. 5. tit. 20. lib. 4. Fori.

,, à buen librar quedarè manco, y el dicho
,, reo me acabára de matar, ſi pudiera, ſino por
,, Dios principalmente, que me quiſo guar-
,, dar, y por las buenas gentes, que ſe metie-
,, ron de por medio: lo qual hizo con ánimo
,, de me injuriar, como me injuriò, y yo pro-
,, voquè la dicha injuria en mi ánimo, para me
,, querellar delante de Vmd. la qual injuria,
,, y delicto es grave, y atròz, y por ello in-
,, currio en graves, y diverſas penas, eſtable-
,, cidas por fuero, y derecho, leyes, y Prag-
,, maticas de eſtos Reynos. Por ende à Vmd.
,, pido, que habida mi relacion por verdade-
,, ra, en la parte que baſte al vencimiento de
,, eſta cauſa, pronuncie, y declare al dicho
,, reo acuſado por hechor, y perpetrador del
,, dicho delicto, y aſsi declarado, le condene
,, en las mayores, y mas graves penas eſtable-
,, cidas por fuero, derecho, leyes, y Prag-
,, maticas de eſtos Reynos contra los ſeme-
,, jantes delinquentes, las quales execute en
,, ſu perſona, y bienes, para que à èl ſea caſ-
,, tigo, y à otros exemplo, y en lo neceſſário
,, el oficio de Vmd. imploro, pido cumpli-
,, miento de juſticia, y las coſtas proteſto, y
,, juro à Dios, y à eſta ✠ que eſta acuſacion
,, no pongo de malicia.

Et ſi in iſto libello accuſatorio criminaliter intentato offenſus ſimul voluerit intentare actionem civilem ad damna intereſſe, & àd alias expenſas in fine ejus ſucceſsivè poſt illa verba: *Y à otros exemplo*, debet apponere clauſulam ſequentem.

4. ,, *E incidenter* de oficio de Vmd. (el
,, qual para ello imploro) pido condene al di-
,, cho reo acuſado en mil ducados, que eſti-
,, mo el daño de la manquedad, ſiendo, co-
,, mo ſoy, buen Oficial de canterìa, de edad
,, de veinte y ſeis años, y que ganaba cada
,, dia ſeis reales; y mas le condene en treinta
,, mil maravedis, que he gaſtado en Medicos,
,, y Cirujanos, y Botica, y manjares delica-
,, dos de enfermo: los quales mil ducados, y
,, gaſtos quiſiera mas haver dexado de ganar
,, en caſo que pudiera, ò perderlos de mi ha-
,, cienda, en caſo que los tuviera, antes que
,, haver recebido la dicha manquedad, y he-
,, cho los dichos gaſtos por cauſa de las dichas
,, cuchilladas, y anſi lo juro à Dios, y à eſta ✠
,, ſalvo en todo la judicial taſſacion de Vmd.
,, y para ello, &c.

LIBELLIS ACCUSATIONIS CIVILITER intentata.

5. ,, Cayo, en nombre, y como Procu-
,, rador de Ticio, como mejor haya lugar de
,, derecho, acuſo à Seyo, vecino de eſta Ciu-
,, dad de Salamanca, y preſo en la Carcel pú-
,, blica de ella, y habidas por premiſſas las
,, ſolemnidades de derecho, &c. digo: Que
,, en un dia del mes de Abril proximo paſſado
,, de eſte preſente año de mil y quinientos y
,, ſetenta y tres, eſtando el dicho mi parte
,, en la plaza pública de eſta Ciudad ſalvo, y
,, ſeguro, ſin hacer, ni decir coſa, por do mal,
,, ni daño le hubieſſe de venir, el dicho reo
,, acuſado, con poco temor de Dios, y me-
,, noſprecio de ſu conſciencia, en deſacato
,, de la Juſticia Real, ſe fuè para el dicho mi
,, parte ſobre caſo penſado, con la eſpada
,, deſembaynada, y le diò muchos golpes, y
,, cuchilladas, y le hiriò en la cara, y en una
,, mano, y le acabára de matar, ſi no fuera
,, por Dios, y las buenas gentes: de las qua-
,, les heridas le cortò cuero, y carne, y le ſacò
,, mucha ſangre, y queda manco de la mano,
,, lo qual todo hizo por hacer daño, è injuria
,, al dicho mi parte, la qual injuria, y daño
,, fuè, y es grave, y atròz, por ſer en la
,, plaza pública, y atenta la calidad de la
,, perſona de mi parte, por ſer, como es, hom-
,, bre honrado, y de buenos Parientes, y
,, muy buen Oficial de canterìa, y el dicho ad-
,, verſo ſer hombre de baxa ſuerte. Y juro à
,, Dios, y à eſta ✠ en anima de mi parte, y
,, la mia, que el dicho mi parte no quiſiera
,, haver recebido la dicha injuria, y daño de
,, manquedad por mil y quinientos ducados,
,, por ſer hombre honrado, y muy buen Ofi-
,, cial de canterìa, de edad de veinte y ſeis
,, años, y ganaba cada dia ſeis reales, y qui-
,, ſiera antes haver perdido de ſu hacienda los
,, dichos mil è quinientos ducados, ò dexa-
,, do de ganarlos, en caſo que pudiera, que
,, no recebir la dicha injuria, è daño de man-
,, quedad. Y anſimiſmo ha gaſtado en la cura
,, de las dichas heridas treinta mil marave-
,, dis, y mas. Por ende à Vmd. pido, que
,, habida mi relacion por verdadera, en la par-
,, te que baſte al vencimiento de eſta cauſa,
,, declàre al dicho adverſo por hechor, è per-
,, petrador del dicho delito; y anſi declarado,
,, le condene en los dichos mil è quinientos
,, ducados, y mas en los treinta mil marave-
,, dis de gaſtos de cura, ſalvo en todo la judi-
,, cial taſſacion de Vmd. y en lo neceſſario el
,, oficio de Vmd. imploro, y pido juſticia,
,, y coſtas, y juro à Dios, y à eſta ✠ en ani-
,, ma de mi parte, y la mia, que eſta acuſa-
,, cion no la pongo de malicia.

EXPOSITIO CUJUSLIBET CLAUSULÆ *omnium libellorum.*

6. In libello criminaliter concepto dicimus: *Ticio, vecino de Salamanca, &c.* ad denotandum, quòd in accuſatione *nomen accuſatoris* contineri debet, (b) 7. quia abſque accuſatore nemo damnatur: (c) 9. ad denotandum, quòd in propria perſona, & non per procuratorem accuſator interponere debet accuſationem criminalem. (d)

Et hanc regulam, ſcilicèt, procuratorem in criminibus publici Judicii pro accuſatore non deberi admitti conſtituit Jacob. Menochius, (e) congerens quatuor caſus, in quibus pro accuſatore procurator non admittitur. *Primum*, in accuſationibus publicorum judiciorum, (f) triplicem rationem referens: & publica crimina dicuntur ea, quæ ſuprà in hac 5. part. hujus 1. tom. cap. 3. in princ. à num. 34. connumeravimus. *Secundum*, in Judiciis quaſi publicis, ut in accuſatione ſuſpecti tutoris. (g) *Tertium* caſum, in delictis privatis, de quibus egimus ſuprà in iſta 5. part. 1. tom. cap. 3. in princ. à num. 38. *Quartum*, quando ſervus proclamat in libertatem contra dominum: (h) aliam regulam, ſcilicèt, procuratorem pro reo non poſſe intervenire in cauſis criminalibus, in quibus pœna corporalis venerit infligenda, conſtituit idem Menochius, (i) qui rationem hujus regulæ adducit, & decem & novem caſus connumerat, in quibus non admittitur procurator pro reo, & decem declarationes congerit, in quibus procurator admittitur.

10. Hanc tamen reſolutionem intellige veram, niſi eſſet perſona illuſtris, quæ per procuratorem poteſt accuſare, & ſe defendere: (j) quæ limitatio eſt vera in crimine injuriatum; ſecus tamen eſt in aliis delictis graviſsimis. (k)

11. Secundo, prædictam reſolutionem intellige veram, niſi ex tali delicto ſolummodo veniat imponenda pœna relegationis, infamiæ, vel pecuniæ: quia tunc procurator admittitur, (l) atque ideò libellum criminaliter conceptum nomine proprio formavimus.

12. At verò, attento *Jure Regio*, ſi pœna relegationis perpetuæ eſſet imponenda, tunc non admittitur procurator, ut in leg. 12. tit. 5. in Part. 3. Unde cum in criminalibus procurator non admittitur regulariter, (m) 13. *praxis* jam obſervat, quòd quando accuſator eſt mulier, vel alia honeſta, & Nobilis perſona, vel eſt infirmus, vel detentas in carcere, vel eſt unus ex caſibus exceptis petit licentiam à Judice ad accuſandum, vel defendendum per procuratorem; 14. aliàs proceſſus cum procuratore geſtus eſſet nullus, etiamſi à parte non opponatur exceptio nullitatis; (n) licet Gloſſa (o) teneat, ad annullandum hujuſmodi proceſſum requiri, quòd exceptio nullitatis à parte opponatur, & idem defendant plures alii relati ab Anton. Gomez. (p)

In eodem libello ibi: *Como mejor haya lugar de derecho, acuſo criminalmente à Seyo, y contando el caſo, digo, &c.* Hanc clauſulam explica per ea, quæ reſolviſti in prima parte, hujus primi tomi, in quarto tempore, in explicatione libelli petitionis principalis.

15. In eodem libello ibi: *Preſidiendo en la Igleſia de Dios, &c.* iſta clauſula, in qua nomen Pontificis, & Regis apponitur, licet *de*

(b) Ut in dict. leg. *Libellorum* in princip. ff. de *Accuſ.* & in cap. fin. verſ. *Libellorum* 2. quæſt. 8. & in leg. 14. tit. 1. Part. 7.

(c) Ut in leg. *Reſcripto*, §. *Si quis accuſatorem*, ff. de *Muner. & honor.* & notat Boſsius in Pract. Crimin. tit. de Accuſat. n. 1.

(d) Juxta text. in leg. pen. §. *Ad crimen*, ff. de *Public. jud.* & in leg. *Tunc convenit*, Cod. de *Accuſ.* leg. de *Fide*, Cod. *Ad leg. Corn.* de *Falſ.* & in cap. *Veniens*, & ibi latè Mar. Socin. de *Accuſ.* & eſt text. in cap. *In criminalibus* 5. quæſt. 3. & in cap. *Qui accuſare* 3. quæſt. 9. & in leg. 12. tit. 5. Part. 3. & in leg. 6. tit. 1. Part. 7. & utrobique DD. & Didac. Perez in leg. 1. tit. 11. lib. 2. Ordin. col. 505. & Anton. Gom. in 3. tom. cap. 1. n. 12.

(e) Lib. 1. de Arbitr. quæſt. 79. n. 2.

(f) Per dict. leg. pen. §. *Ad crimen*, cum ſimilibus.

(g) Ut leg. 1. §. *Conſequens*, ff. de *Suſpect. tutor.* tradit Bartol. in dict. §. *Ad crimen*, n. 3. & Soc. in dict. cap. *Veniens*, col. 12. quod intelligunt, quando agitur contra tutorem ſuſpectum, ut puniatur; ſecus, ſi ſolum agatur, ut ab adminiſtratione amoveatur.

(h) Ut in leg. 1. Cod. de *Aſſert. tollend.* & ibi Salic.

(i) Eod. lib. 1. de Arbitr. quæſt. 80. à n. 1.

(j) Ut in leg. fin. Cod. de *Injur.* & in §. *In ſumma*, Inſt. de *Injur.* & in cap. *Abſens* 3. quæſt. 9.

(k) Ut in leg. *Tunc convenit*, Cod. de *Accuſat.* & ibi Bald. & Salic.

(l) Ut in leg. 1. verſ. *Sint autem*, ff. *An per alium cauſ. appell. reddi poſ.* & notat gloſſ. in dict. cap. *Veniens*, verb. *Criminali*, & ibi latè Socin. n. 100.

(m) Secundum gloſſam dict. cap. *Veniens*, verb. *Criminali*, & ibi Socin. à n. 273. ubi ponit hanc regulam cum 39. fallentiis, & Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. fin. quæſt. 32. à n. 1. & Villalob. in ſuis Comm. Opin. verb. *Abſens*, n. 10.

(n) Secundum Bartol. in dict. §. *Ad crimen*, cujus opinionem teſtantur veriorem, & communem eſſe Mar. Socin. n. 256. Aret. n. 87. & 89. in dict. cap. *Veniens*. Anton. Gom. 3. tom. Variar. cap. 1. n. 16. Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. fin. quæſt. 32. n. 24.

(o) In leg. *Quamvis*, Cod. de *Adult.* communiter recepta ex Felin. in cap. *Meminimus*, n. 15. de *Accuſ.*

(p) Et Jul. Clar. ubi ſupr. in quo art. Marian. Jul. Clar. & alii locis ſupr. citatis diverſimodè loquuntur.

Jure ſit neceſſaria, (q) tamen de *conſuetudine* neceſſaria non eſt, ut docet Bartolus, (r) pro quo facit text. in leg. 14. tit. 1. Part. 7. ubi præſcribitur ſolemnitas neceſſaria accuſationis; & tamen de prædicta clauſula nihil dicitur. 16. Cæterùm in delictis attrocibus Advocati ſemper eam apponunt, ſecundum Gregor. Lupum; (ſ) in aliis verò injuriis, & delictis parvis ſolummodo dicitur, *habidas aqui por premiſſas las ſolemnidades del derecho*, ut ſuprà diximus in libello civiliter intentato. 17. Nomen tamen Judicis, coram quo accuſatio proponitur, licet in libello de jure apponi debeat, (t) tamen hodie praxis, & conſuetudo obſervat id, quod reſolviſti ſupra in prima parte, hujus primi tomi, in 4. Tempore, in verſ. *Quinto requiritur.*

18. In eodem libello apponitur illa clauſula: *En un dia del mes de eſte preſente año*, & ibi: *En la plaza*, *&c.* ad denotandum, quod accuſatio continere debet annum, menſem, & locum commiſsi delicti, (u) 19. alioquin non eſſet admittendus. (x) 20. Unde ſi accuſator in libello dicat, *delictum fuiſſe tali menſe, anno, & loco*, & poſtea non probet tempore illo, & loco, ſed aliis fuiſſe commiſſum, reus abſolvendus erit, ut cum Baldo, & Saliceto reſolvit Anton. Gomez. (y)

21. Dies autem, & hora commiſsi delicti non eſt *de ſubſtantia*, nec apponi debet, (z) ac ideo in libello diximus: *En un dia del mes de Abril*, non ſpecificando, quo die fuerit commiſſum; 22. tamen ſi à parte adverſa petatur, quòd dies, & hora commiſsi delicti exprimatur, ut reus poſsit ſe defendere coarctando negativam, dicendo ſe alibi eſſe, tunc debet ab accuſatore exprimi, aliàs defenſio tolleretur accuſato: (a) ita *praxis* obſervat, quamvis Ant. Gomez (b) ab hac communi opinione recedat: nec ſupradictis obſtat lex 10. tit. 17. lib. 4. Recop. ubi dicitur, quod procedatur, attenta ſola veritate, ut advertit Avendanius. (c)

23. In eodem libello, ibi: *Salvo, y ſeguro, &c.* Hæc clauſula apponitur ad denotandum accuſatum fuiſſe aggreſſorem, 24. quia aggreſſor gravius puniri debet, quam ille, qui in ipſa rixa deliquit. (d)

25. In eo libello, ibi: *Poſpueſto el temor de Dios.* Iſta clauſula neceſſaria non eſt, ſed apponitur ad magis provocandum Judicem.

26. In eodem libello ibi: *Acompañado de muchas perſonas, y armado de todas armas*, clauſula iſta neceſſaria non eſt, ſed apponitur ad agravandum delictum, & ut conſtet, delinquentem paratum acceſsiſſe, & prius delictum excogitaſſe: 27. nam armatus præſumitur, ſe prius ad rixam paraſſe, (e) & quæ veniant appellatione armorum conſtat ex leg. *Armorum*, (f) & ex leg. 4. & 5. tit. 6. lib. 6. Recopil. (g)

28. In eodem libello, ibi: *Con ánimo Diabolico ſobre caſo penſado.* Iſta clauſula apponitur ad magis incitandum animum Judicis: 29. quia gravius puniri debet delictum ex propoſito, & deliberatione commiſſum, quàm id quod repentè, & ſuborta rixa calore iracundiæ, atque impetu perpetratum fuit, (h) 30. nam mens, & animus diſtinguunt maleficia. (i)

31. In eodem libello, ibi: *A traycion, y alevoſamente, &c.* Quæ ſit proditio, attento *Jure Regio* explicat leg. 1. tit. 2. Part. 7. in fine, & ibi Gregor. Lupus. 32. Et proditoriè occidere, vel offendere dicitur, qui *retro, & non facie ad faciem in prælio, vel rixa occidit, vel offendit aliquem, etiamſi offenſus eſſet ſuus inimicus*, juxta text. in leg. 1. in fin. tit. 25. lib. 8. Recopil. & in leg. 10. tit. 26. lib. 8. Recopil. quod, attento *Jure Regio*, obſervari debet, ut reſolvit Anton. Gomez; (j) 33. quamvis de

Ju-

(q) Juxta gloſſ. in dict. leg. *Libellorum*, verb. *Conſul.*
(r) In dict. leg. *Libellorum.*
(ſ) In dict. leg. 14. in gloſſ. 3.
(t) Juxta text. in dict. leg. *Libellorum*, & in cap. fin. verſ. *Libellorum* 2. quæſt. 8. & in dict. leg. 14.
(u) Ut probat text. in dict. leg. *Libellorum*, & in dict. cap. fin. § *Libellorum*, & in dict. leg. 14.
(x) Secundum Roman. in conſ. 191. & Alexand. in leg. 1. n. 31. ff. de *Edend.* & Jul. Clar. lib. 5. Recept. §. fin. quæſt. 12. n. 9.
(y) In 3. tom. Variar. cap. 11. n. 2. & Boſsius in Pract. Crim. tit. de Inquiſit. n. 93. Jul. Clar. tamen ubi ſupr. n. 14. dicit, nunquam ſibi hanc opinionem placuiſſe.
(z) Ut probatur in dict. leg. *Libellorum*, & in dict. cap. fin. verſ. *Libellorum*, & in dict. leg. 14. & in leg. 4. tit. 2. lib. 4. Recop.
(a) Secundum Bart. in leg. *Is qui reus*, ff. de *Public. judic.* & reſolvit Boſsius, ubi ſupr. n. 92. & Gregor. Lup. in dict. leg. 14. in verb. *El mes.*
(b) In dict. cap. 11. & Jul. Clar. lib. 5. Recep. §. fin. quæſt. 12. n. 13.
(c) In Reſponſ. 1. n. 13.
(d) Juxta text. in leg. *Quoniam*, Cod. *Ad leg. Juliam*, de *Vi public.* & in leg. 1. §. *Cum Arietes*, ff. *Si quadr. pauper. feciſſ. dic.*
(e) Juxta gloſſ. in leg. *Licet*, verb. *Per gentes*, Cod. de *Pact.* & ibi notat Bald.
(f) Et ibi Alciat. ff. de *Verb. ſignif.*
(g) Et tradit Anton. Gom. in leg. 45. Taur. & nos reſolvimus infr. in 8. part. hujus 1. tom. cap. 1. n. 9.
(h) Ut cum pluribus DD. reſolvit Covar. lib. 2. Variar. cap. 20. n. 7. verſ. In his, & facit text. in leg. 1. §. 1. ff. *Ad leg. Corn.* de *Siccar.* & in leg. *Reſpiciendum*, §. *Delinquunt*, ff. de *Pœnis.*
(i) Juxta text. in leg. *Qui injuria*, verſ. *Nam maleficia*, ff. de *Furtis.*
(j) 3. tom. Variar. cap. 3. n. 5. & Covar. lib. 2. Variar. cap. 20. n. 7.

Jure communi proditor dicatur ille, *qui, cum eſſet amicus alicujus, nulla interveniente cauſa rixæ, ſecurè eum occidit, vel offendit*, juxta text. in leg. *Propter inſidias*, Cod. *Qui accuſ. non poſſ.* (k) 34. Et qui aliquem proditoriè occiderit, ducendus erit ad caudam animalis per vias publicas, & furca ſuſpendendus, & dimidietas bonorum ejus erit Fiſco applicanda, juxta text. in leg. 10. tit. 23. lib. 8. Recop. & in leg. 10. tit. 26. lib. 8. Recop.

35. In eodem libello, ibi: *Y me tirò muchos golpes, y cuchilladas, y me diò una cuchillada, &c.* Iſta clauſula apponitur ad denotandum, 36. quod nedum de delicto, & delinquente conſtare debet, verum etiam de vulnere illato. (l)

37. In eodem libello, ibi: *Lo qual hizo con ánimo de me injuriar, y la provoquè en mi ánimo.* Iſta clauſula apponitur ad denotandum, 38. quod animus injuriandi in delictis requiritur, (m) cum mens, & animus diſtinguant maleficia: (n) 39. & requiritur, quod offenſus illam injuriam ad animum ſuum revocaverit. (o)

40. In eodem libello, ibi: *La qual injuria, y delicto es grave, y atròz.* Iſta clauſula apponitur ad agravandum delictum: 41. quæ agravatio, & attrocitas contingit, vel ratione *ipſius facti*, vel ratione *perſonæ*, vel ratione *temporis*, aut *loci.* (p)

42. In eodem libello, ibi: *Y por ella incurriò en graves, y diverſas penas, &c.* Ad denotandum, 43. quòd delictum reperitur aliquando pluribus pœnis punitum: (q) 44. & tunc, ſi non conſter expreſsè, quæ illarum corrigat aliam, omnes infligendæ erunt, ſecundum DD. communiter; *praxis* tamen obſervat, quod ſolummodo ſit imponenda pœna, quæ à lege nova, & poſteriori reperiretur impoſita. (r) 45. Si verò diverſæ pœnæ *commulativè* pro uno delicto impoſitæ reperiuntur à pluribus legibus, & expreſsè caveatur, quòd utraque pœna locum habeat, tunc utraque infligenda erit. (ſ) 46. Sed ſi conſtet, quòd una pœna aliam tollat, tunc illa infligenda erit: (t) 47. ſi verò unica tantum pœna reperiatur impoſita pro uno delicto, illa ſola erit infligenda, ſive per unam legem, ſive per plures inveniatur impoſita. (u) 48. Cæterum ſi delictum nulla pœna expreſſa in lege reperiatur punitum, tunc pœna extraordinaria arbitrio Judicis infligenda erit. (x)

49. In eodem libello, ibi: *Por ende à Vmd. pido, &c.* Per hanc cauſulam inducitur libelli concluſio, 50. quæ licet in criminalibus de Jure non ſit neceſſaria, tamen de *conſuetudine* ea utuntur Advocati in praxi, ut cum communi reſolvit Anton. Gomezius. (y)

51. In eodem libello, ibi: *Y en lo neceſſario el oficio de Vmd. &c.* & ibi: *Y juro à Dios, &c.* Iſtæ clauſulæ erunt explicandæ per ea, quæ reſolviſti in prima parte, hujus primi tomi, in 4. Tempore circa explicationem clauſularum libelli actoris.

52. Adverte tamen, quòd licet olim de *Jure* accuſator tenebatur ſe ſubſcribere ad pœnam Talionis; (z) *hodie* tamen *de generali conſuetudine* talis inſcriptio neceſſaria non eſt, ut cum Bartolo, & aliis reſolvit Antonius Gomezius, (a) & Julius Clarus, (b) 53. qui teſtatur de *Jure Canonico* prædictam inſcriptionem neceſſariam eſſe; 54. Judex verò *ſuo arbitrio* punire poterit calumnioſum accuſatorem, ut reſolvit Covarruvias: (c) 55. & qualiter de *Jure Canonico* calumnioſus accuſator puniri debeat, tradit Bernardus Diaz. (d)

56. In eodem libello ibi: *E incidenter de ſu oficio, &c.* Iſta clauſula procedit ex iis, quæ ſuprà reſolvimus in cap. de *Modo procedendi per viam accuſationis*, in verſ. *Adverte, quòd*

ex

(k) Et ita colligitur ex gloſſ. 2. in cap. *Clericus*, *qui* 46. Diſtinct. & notat Bart. in leg. *Reſpiciendum*, §. *Delinquunt*, ff. de *Pœnis.*
(l) Juxta text. in leg. fin. ff. *Ad leg. Corn.* de *Siccar.* & notat Ægid. Boſ. in Praxi Crim. tit. de Delict. n. 24. & de iſta clauſula agit Soc. cap. *Qualiter, & quando* II. n. 864.
(m) Juxta text. in leg. *Si non convitii*, Cod. de *Injur.*
(n) Juxta text. in leg. *Qui injuria*, verſ. *Nam maleficia*, ff. de *Furt.*
(o) Ut probat text. in §. fin. Inſtit. de *Injur.* & notat Anton. Gom. 3. tom. cap. 6. n. 15. in. fin.
(p) Ut probatur in leg. *Prætor edixit*, ff. de *Injur.* & §. *Attrox*, Inſtit. de *Injur.* & in leg. *Pedius*, ff. de *Incend. ruina*, & in leg. 20. tit. 9. Part. 7.
(q) Ut probatur in leg. *Quoties*, ff. de *Act. & oblig.*
(r) Ita cum Cino, Saliceto, & Alberico, reſolvit Ant. Gom. 3. tom. cap. 1. n. 38.
(ſ) Juxta text. in leg. *Qui ſepulchra*, Cod. de *Sepulch. violat.* & in leg. *In eum*, Cod. de *Furt.*
(t) Juxta text. in leg. 1. ff. *Ad leg. Aquil.*
(u) Juxta text. in leg. *Senatus*, ff. de *Accuſ.* qui text. ſic intelligi poteſt ex gloſſ. & communiter aliis ibi.
(x) Juxta text. in leg. *Hodie*, ff. de *Pœnis*, & in leg. 1. §. *Expilatores*, ff. de *Effract.* & in leg. 2. ff. de *Crim. ſtellion.* & utrobique notant DD. & in leg. 21. tit. 9. Part. 7.
(y) In 3. tom. cap. 11. n. 3. & Jul. Clar. lib. 5. Receptarum, §. fin. quæſt. 12. n. 21.
(z) Juxta text. in dict. leg. *Libellorum*, & in leg. *Qui crimen*, Cod. *Qui accuſ. non poſſ.*
(a) 3. tom. Variar. cap. 11. n. 3. in fin.
(b) In lib. 5. Receptarum, §. fin. quæſt. 12. n. 15. cum ſequentibus.
(c) Lib. 2. Variar. cap. 9. n. 1. & ultra eum Panorm. in cap. *Accepimus*, n. 7. de *Fid. inſtrum.*
(d) In ſua Pract. Crimin. Canonica, cap. 59.

ex quocunque crimine.

57. Adverte inſuper, quod æſtimatio injuriæ in libello accuſationis ab offenſo facienda erit *alternativè*, referendo ſe ad damnum, aut ad lucrum, prout in utroque libello diximus, ibi: *Quiſiera mas dexar de ganar, ò perder, &c.* Iſta eſt communis praxis, ſecundum Anton. Gomezium. (e) 58. Et tunc Judex taxare debet, & moderare ſummam à parte petitam, attenta qualitate injuriæ, & perſonæ; (*f*) 59. ac ideo in prædictis libellis diximus: *Salvo en todo la judicial taſſacion de Vmd. &c.*

60. Oblata prædicta accuſatione coram Judice, ſtatim Judex præcipit, *eam reo accuſato intimari, & quod ad primam audientiam eidem reſpondeat*, ut diximus in prima Parte, hujus primi Tomi, in 4. Tempore in fine: & tunc reus accuſatus reſpondet, forma ſequenti.

LIBELLUS RESPONSORIUS REI.

Iluſtre Señor.

61. ,, Seyo, vecino de eſta Ciudad de Salamanca, y preſo en la Carcel pública de ella por perſona de mi Procurador, con licencia que para ello tengo, reſpondiendo à una acuſacion contra mi preſentada por Ticio, vecino de eſta dicha Ciudad, en que en efecto dice, yo haverle herido de ciertas heridas que tiene, à cuya cauſa queda manco, y ha hecho grandes gaſtos, ſegun, y que mas largamente en la dicha ſu acuſacion ſe contiene, cuya forma habida aqui por repetida, y à ella me refiriendo, digo: que de juſticia Vmd. me debe dàr por libre de la dicha acuſacion, y de lo en ella contenido, condemnando en coſtas al dicho adverſo, por lo ſiguiente. Lo primero, por todo lo general, que ſe ſuele decir, y alegar, que hè aqui por expreſſo: porque la dicha acuſacion no es pueſta por parte, ni contra parte, en tiempo, ni en forma, carece de relacion verdadera, y de las ſolemnidades de derecho, y anſi la niego en todo, y por todo, ſegun, y como en ella ſe contiene, afirmandome en la confeſsion por mì hecha. Lo otro, porque niego haver yo herido al dicho Ticio, ni tal con verdad ſe probarà, ni ſe puede, ni debe de mì preſumir, por ſer, como ſoy, buen Chriſtiano, temeroſo de nueſtro Señor, hombre honrado, y Hijodalgo, y quieto, y pacifico, y de buena fama, y por tal ſoy habido, y tenido, y comunmente reputado: principalmente, que yo, y el dicho Ticio eramos muy intimos amigos, y entre noſotros no precediò enojo, por dò ſe oviеſſe de ſeguir la dicha queſtion. Lo otro, porque al tiempo que el dicho adverſo dice, haverle herido en la plaza mayor de eſta Ciudad, eſtaba yo en la Vega, y conforme à la diſtancia del lugar en un miſmo tiempo, eſtà claro, eſtàr yo ſin culpa, y ſer impoſsible haverle yo herido. Lo otro, porque caſo no confeſſado, que yo huviera cometido el dicho delicto, y que contra mì ſe probarà, hacerloìa para mi propria, y neceſſaria defenſa, con la moderacion requerida del derecho, porque el dicho Ticio, ò ſerìa el agreſſor, y èl me acometeria primero para me matar; de tal ſuerte, que para defender mi vida ſerìa neceſſario el yo herirle. Lo otro, porque el dicho Ticio me perdonò, y remitiò el derecho, que contra mì podia tener por razon de la dicha queſtion. Lo otro, porque, en lo que toca à la eſtimacion de la injuria, daños de manquedad, y cura que el dicho adverſo pide, no hà lugar: porque en caſo negado, que yo huviera cometido el dicho delicto, la dicha eſtimacion no ſe debe hacer en tanta cantidad, atento la calidad de ſu perſona, y lo que podia ganar el dicho adverſo à ſu oficio, que ſerìan treinta ducados cada año, poco mas, ò menos. Por las quales razones, y la que mas en mi favor haga, à Vmd. pido, ſegun de ſuſo pedido tengo, y en lo neceſſario el oficio de Vmd. imploro, pido cumplimiento de juſticia, y las coſtas proteſto.

,, Otrosì à Vmd. pido, y neceſſario ſiendo, con el debido acatamiento requiero las veces, que ſoy obligado, que pues del proceſſo no reſulta culpa alguna contra mì, me mande ſoltar libremente de la priſion en que eſtoy, ò à lo menos me mande dàr en fiado, y para ello, &c.

EXPOSITIO CLAUSULARUM *hujus libelli reſponſorii.*

62. Diximus: *Por perſona de mi Procurador, con licencia que para ello tengo, &c.* Iſta clauſula procedit ex his, quæ ſupra reſolvimus circa expoſitionem primæ clauſulæ libelli accuſatoris.

63. Diximus: *En que en efecto dice, &c.* Iſta clauſula uſque ibi: *Lo otro*, erit explicanda, juxta ea, quæ reſolvimus in prima parte, hujus primi tomi, in 7. Tempore, circa explicationem libelli reſponſorii rei.

64. Diximus: *Ni ſe puede, ni debe de mì preſumir, por ſer muy buen Chriſtiano, &c.* Iſta clauſula apponitur ad effectum, quod ſi contra accuſatum ſint aliqua inditia levia, & præſumptiones minus idoneæ ad torturam, per eam purgentur: *65.* quia *ſemel bonus ſemper præſumitur bonus.* (*g*) 66. Et ſimiliter Nobilis honoratus non præſumitur aliquid mali facere: (*h*) quæ tamen præſumptiones ſunt juris ſolummodo, ſecundum Gloſſam, (*i*) & ita per probationem in contrarium adductam ceſſant; ac ideo accuſatus tenetur eas allegare, articulare, & probare, ut in priſtinum ſtatum reponatur: (*j*) & praxis hujus clauſulæ ortum habuit ex Angelo. (*k*)

68. Diximus: *Lo otro, porque al tiempo que el dicho adverſo, &c.* Iſta clauſula apponitur ad probandam exceptionem negativam loco, & tempore coarctatam. (*l*) *69.* Et ſi locus, ubi reus accuſatus dicit, ſe fuiſſe tempore commiſsi delicti, parum abeſſet à loco commiſsi delicti, ita quod tempore illo potuiſſet ire, & redire, tunc accuſatus dicere debet, quod *continuè* per totum id tempus, quo accuſator dixit, commiſſum fuiſſe delictum, in illo loco accuſatus fuit, nec unquam ab eo receſsit, ſecundum Joannem Andream, & alios. (*m*) 70. Sed ſi locus commiſsi delicti multum diſtaret à loco, ubi accuſatus tempore illo fuerat; ita quod nullo modo tempore illo accuſatus poſſet ibi adeſſe, tunc neceſſe non eſt, quod reus dicat ſe *continuè* toto tempore illo fuiſſe in alio loco, ſecundum Albericum, & Baldum. (*n*)

71. Diximus: *Lo otro, porque, caſo no confeſſado, que yo huviera cometido el dicho delicto, hacerloìa para mi propria defenſa, &c.* Iſta clauſula apponitur ad denotandum, 72. quod quando delictum commiſſum fuit ad neceſſariam defenſionem delinquentis, quòd non eſt punibile, quia defenſio *Jure Divino, Naturali*, & humano cuilibet permiſſa eſt; (*o*) 73. quæ in tantum procedit, quod offendens, vel occidens Clericum ad ſui defenſionem, non incurrit excommunicationem, neque irregularis efficitur: (*p*) 74. & nedum defenſio licita eſt pro ſe, verum etiam pro rebus ſuis, & pro conſanguineis, & vicinis, (*q*)

75. Quæ defenſio permiſſa eſt cum moderamine inculpatæ tutelæ, (*r*) hoc eſt, quando invaſus eſſet ita in periculo vitæ conſtitutus, quod ſi non ſe defenderet, mortem vel injuriam evadere non poſſet. (*ſ*) *76.* Et dicitur quis in diſcrimine vitæ conſtitutus, eo ipſo quod videret adverſarium ad ſe venientem armatum cum gladio evaginato, nec tenetur expectare quod prius ab eo percutiatur, vel offendatur. (*t*)

77. Adverte tamen, quod ſi invaſus modum defenſionis excedat, puniri non debet *pœna ordinaria*, ſed mitius propter exceſſum, quia non videtur fuiſſe in tanta culpa, qui juſtum dolorem temperare non potuit. (*u*) 78. Et facit, quia ignoſcendum eſt ei, qui provocatus voluit ulciſci. (*x*) Facit etiam, quia imputandum eſt aggreſſori, qui cauſam delicti præbuit.

(*e*) 3. tom. Variar. cap. *6*. n. 7.

(*f*) Juxta text. in leg. *Conſtitutionibus*, ff. de *Injur.* & in §. *Pœna*, Inſtit. de *Injur.* & in leg. 21. tit. *9*. Partit. 3.

(*g*) Juxta text. in cap. *Miramur* 61. Diſtinct. & in cap. *Mandata*, & in cap. fin. de *Præſumpt.*

(*h*) Argum. text. in leg. *Non omnes*, §. *A Barbaris*, ff. de *Re milit.* & in leg. 2. tit. *9*. Part. 2. & faciunt, quæ DD. notant in cap. de *Multa*, de *Præb.* & in leg. *Nobiliores*, Cod. de *Comerc. & mercat.*

(*i*) In regula, *Semel malus*, de *Reg. jur.* lib. *6*.

(*j*) Ut probatur in cap. *Illud*, de *Præſumpt.* & in cap. *Inquiſitionis*, & in cap. *Qualiter, & quando* II. de *Accuſ.*

(*k*) De Maleficiis, verſ. *Fama pública.* Et de iſta clauſula vide omnino Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. fin. quæſt. *60*. n. 23. & in quæſt. 21. n. 1.

(*l*) Juxta text. in cap. *Tertio loco*, de *Probat.* & notat gloſſ. cap. *Bona*, verb. *Facti naturam*, de *Elect.* & probatur in leg. 1. & 2. tit. 14. Part. 3. & reſolvit Lanfr. de Orian. in cap. *Quoniam contra falſam*, de *Probat.*

(*m*) In cap. *Ex tenore*, de *Teſtib.* Bald. in leg. *Optimam*, Cod. de *Contrahend. & commit. ſtipulat.* & gloſſam in §. *Item verborum*, verb. *Quo*, Inſtit. de *Inutil. ſtipul.*

(*n*) In dict. leg. *Optima*, & Ægid. Boſsium in Praxi Crimin. tit. de Defenſionibus reorum, n. 24.

(*o*) Juxta text. in leg. *Ut vim*, ff. de *Juſt. & jur.* & in leg. 1. §. *Cum arietes*, ff. *Si quadr. pauper. feciſſ. dicat.* in leg. *Scientiam*, §. *Qui cum aliter*, ff. *Ad leg. Aquil.* in leg. 1. Cod. *Unde vi*, & in §. *Quod vero*, Inſtit. de *Jur. natural. Gent. & civ.* & in cap. *Significaſti* II. verſ. *Si verò*, de *Homic.* & in Clem. 1. de *Homic.* & utrobique hanc concluſionem notant DD. & probat etiam text. in leg. 2. tit. 8. Part. 7. & in leg. 3. & 4. tit. 23. lib. 8. Recop. & in Ordinat. Luſitanorum, lib. 5. tit. 10. in princ. & pro regula eam ponit Petrus Dueñas in reg. 192. & latè explicat Jul. Clar. lib. 5. Recept. Sentent. §. Homicidium, à n. 24.

(*p*) Juxta text. in cap. *Si verò* I. verſ. *Si verò*, de *Sent. excom.* & in Clem. 1. de *Homic.*

(*q*) Juxta text. in lex *Cornelia*, ff. de *Injur.* & in leg. 2. & 3. ff. de *Liber. cauſ.* & in leg. *Si quis in ſervitute*, ff. de *Furt.* & in cap. *Dilecto*, de *Sentent. excomm.* lib. *6*. & in cap. *Non inferenda*, & in cap. *Fortitudo* 23. quæſt. 3. & in cap. *Error* 83. Diſtinct. & ultra DD. ibi notat Petrus Dueñas in reg. 191. Navar. in dict. cap. *Non inferenda* in fin. Manual. Hiſpan. & in Manual. Latin. cap. 24. à n. 15. & Jul. Clar. ubi ſupr.

(*r*) Juxta text. in leg. 1. Cod. *Unde vi.*

(*ſ*) Juxta text. in dict. Clem. 1. de *Homic.* & in leg. *Is, qui aggreſſorem*, verſ. *In diſcrimine vitæ conſtitutus*, Cod. de *Siccar.* & notat gloſſ. magiſtr. in leg. 1. Cod. *Unde vi.*

(*t*) Juxta Gloſſam in dict. leg. 1. & notat Petrus Dueñas cum pluribus in dict. reg. 192. limit. 1. & Jul. Clar. in dict. §. Homicidium, n. 33.

(*u*) Arg. text. in leg *Si adulterium*, §. *Imperatores*, ff. de *Adult.*

(*x*) Juxta text. in leg. *Qui cum major*, §. *Si libertus*, ff. de *Bon. liber.*

buit. (y) 79. Facit etiam, quia homo intenſo dolore promotus, non eſt in plenitudine intellectus: (z) 80. quibus adde, quod ſi reus in ſua confeſsione negaverit, ſe delictum illud commiſiſſe, & deinde, habita copia proceſſus, viderit ſe de illo delicto convictum eſſe, adhuc poterit probare, ſe illud feciſſe ad ſui defenſionem, & erit audiendus, ſecundum Bartolum: (a) & eſt ratio, quia reus pluribus, & diverſis exceptionibus uti poteſt. (b)

81. Et adverte, quod accuſatus non debet ſimpliciter dicere ſe commiſiſſe delictum ad ſui defenſionem, ſed debet dicere, præmittendo negationem ejus, ut in libello diximus, ibi: *Lo otro, porque caſo no confeſſado, que yo huviera cometido el dicho delicto, &c.* (c) 82. alioquin, ſi ſimpliciter diceret, ſe ad ſui defenſionem feciſſe, accuſator poſſet acceptare ſuam confeſsionem pro illa parte, qua confeſſus fuit delictum, & eam repudiare pro ea parte, qua dixit ſe ad ſui defenſionem feciſſe, ſecundum Bartolum. (d)

83. Non tamen ex hac ſola confeſsione reus erit puniendus *pœna ordinaria*, ſed alia extraordinaria, ſecundum Panormitanum; (e) quidquid contrarium reſolvat Socinus, (f) & aliter contra Panormitanum, & Socinum reſolvat D. Franc. à Sarmiento: (g) ac proinde ad vitandas has contrarietates optima erit ſupràdicta cautela, ut præmiſſa conditione, proteſtatione, vel negatione, ex qua mendacium non inferatur, reus dicat ad ſui defenſionem commiſsiſſet, tunc enim ex tali confeſsione evitabit torturam, & mortem, ut notat Panormitanus. (h)

84. Adverte etiam, quòd ad probandam hanc defenſionem admittituntur conjecturæ, & aliæ probationes præſumptæ, & teſtes familiares, & conſanguinei, ut cum communi DD. reſolvit Anton. Gomez. (i)

Diximus: *Lo otro, porque el dicho Ticio me perdonò, y remitiò, &c.* Iſta clauſula appoſita fuit, ad excuſandum ſe reum à pœna delicti, 85. quia injuria privata per pactum remittitur: (j) & an tunc Judex *ex officio* procedere poſsit adverſus delinquentem, reſolvit Anton. Gomez. (k) 87. Quinimo, in omnibus criminibus capitalibus pœnam ſanguinis ingerentibus, excepto crimine adulterii, tranſactio licita eſt. (l) Et an tunc, facta tranſactione, Judex ex officio procedere poſsit, reſolvunt Anton. Gomez, & D. Meneſes, ubi ſuprà. 88. Et eſt advertendum, quòd ſi offenſus remittat ſimpliciter injuriam ſibi illatam, non ex eo cenſetur remiſiſſe damna, expenſas, & intereſſe. (m)

89. Diximus in fine libelli: *A lo menos dàr en fiado, &c.* Pro cujus explicatione reſolve, 90. quod, quotieſcumque ex delicto venit imponenda pœna pecuniaria, & non corporalis, reus poterit relaxari à carceribus ſub fidejuſſoribus. (n)

Fallit tamen hoc in caſu leg. 2. tit. 10. lib. 8. Recop.

Et in caſu leg. 1. & 2. tit. 7. lib. 8. Recopil.

Et

(y) Ut in leg. *Quoniam multa*, Cod. *Ad leg. Juliam*, de *Vi.*

(z) Secundum Bald. col. fin. Jaſſ. col. 2. Dec. col. 4. Fortun. Garcia col. 3. n. 8. in dict. leg. *Ut vim*, & Panorm. in cap. 1. de *Injur.* & in cap. *Dilecti*, de *Except.* & Felin. in cap. *Significaſti* II. de *Homic.* & ante eos tenet gloſſ. in cap. 1. verb. *Propulſandam* in fin. 23. quæſt. 1. & reſolvit Anton. Gom. in 3. tom. Variar. cap. 3. n. 24. & Covar. in Clem. unic. 3. part. §. unic. n. 3. de *Homic.*

(a) In leg. *Nemo ex his*, ff. de *Reg. jur.* cujus opinio communis eſt, teſte Decio in cap. *Paſtoralis*, n. 15. in fin. de *Except.* Boer. in deciſ. 164. n. 12. & Boſ. in Praxi Crim. in tit. de Defenſione reorum, n. 4.

(b) Ut in reg. *Nemo pluribus*, de *Regul. jur.* lib. 6.

(c) Ita conſuluit Dec. in cap. *Cum venerabilis*, n. 20. in fin. de *Except.* eſt communis opinio ex Ægid. Boſsio in Pract. Crimin. tit. de Confeſ. n. 36. & Jul. Clar. lib. 5. Sentent. §. fin. quæſt. 55. n. 17. & refert Menoch. lib. 2. de Arbitr. caſ. 279. n. 7.

(d) Receptum communiter in leg. *Aurelius*, §. *Idem*, ff. de *Liberat. leg.* & ita cum pluribus reſolvit Ant. Gomezius, tom. 3. Variar. cap. 3. n. 26. & Alciat. in Tract. de Præſumpt. reg. 3. præſumpt. 39. num. 7. Boſsius in Praxi Crimin. tit. de Confeſ. num. 19. & Jul. Clar. in dict. quæſt. 55. n. 15. Didac. Perez in leg. 1. tit. 4. lib. 3. Ordin. col. 929. & Menoch. lib. 2. de Arbitr. caſ. 93. n. 37.

(e) Cap. *Auditis*, n. 32. de *Præſcript.* Dec. in cap. *Cum venerabilis*, n. 20. de *Except.* & Ant. Gom. in dict. cap. 3. n. 26. & Tiraq. in Tract. de Pœnis temperand. cauſ. 27. n. 7. Gram. deciſ. 5. n. 14. Didac. Perez in leg. 1. tit. 4. lib. 3. Ordin. col. 932. Menoch. lib. 2. de Arbitr. caſ. 279. n. 6. Jul. Clar. ubi ſupr. n. 16. & Deciſ. Pedamont. 60. n. 9. Alex. Stiat. in Pract. Jud. cap. 20. n. 42.

(f) In leg. *Non utique*, ff. de *Except.*

(g) Lib. 1. Select. cap. 1. n. 11. & 12.

(h) In dict. cap. *Auditis*, col. pen. Alex. de Imol. in leg. *Non ſolum*, §. *Sciendum*, col. 1. ff. de *Oper. nov. nunt.* Hyppol. in ſingul. 185. Jaſſ. in dict. leg. *Ut vim*, col. 1. & 2. & Rebuf. in Repet. leg. *Divus*, ff. *Ad S. C. Syillan.* ſuper gloſſ. 1. n. 53.

(i) In dict. cap. 3. n. 27.

(j) Juxta text. in leg. *Si tibi decem*, §. 1. ff. de *Pact.* & in leg. *Si unus*, §. *Pactus ne peteret*, ff. eod. & in leg. *Non ſolum*, §. 1. ff. de *Injur.*

(k) In 3. tom. cap. 1. n. 10. & cap. 3. n. 55. & Dec. Anton. Meneſ. in leg. *Tranſigere* à n. 41. Cod. de *Tranſact.*

(l) Juxta text. in leg. *Tranſigere*, Cod. de *Tranſact.* & in leg. 21. tit. 1. Part. 7.

(m) Secundum Bald. in dict. leg. *Si tibi decem*, §. 1. & Alex. n. 2. & Panorm. & omnes communiter in cap. 1. de *Injur.* & Jaſſ. in leg. 1. n. 16. ff. de *Pact.*

(n) Ut in leg. 1. §. *Divus*, ff. de *Cuſtod. reor.* & ibi communiter DD. & in leg. *Eos* I. §. *Super his*, Cod. de *Appell.* & in leg. 10. tit. 29. Part. 7.

Et in caſu leg. 5. tit. 4. lib. 8. Recop.

At verò ſi pœna corporalis imponenda ſit, tunc ſub fidejuſſoribus relaxari non poteſt, (o) ut reſolvit Suarez. (p) 91. Et quotieſcunque conſtiterit de innocentia rei, poterit ſub fidejuſſoribus relaxari, quinimo, & abſque eis: (q) 92. & conſtare hoc poterit, facta publicatione teſtium; (r) ac ideo in dicto libello prædicta clauſula fuit appoſita.

93. Et adverte, quòd ſi in caſibus, in quibus reus poteſt ſub fidejuſſoribus relaxari, Judex nolit eum relaxare, irrogat ei injuriam, & in Syndicatu tenebitur actione injuriarum. (ſ)

EX §. SEPTIMO.

SUMMARIA.

1 *Libelli reſponſorii rei danda eſt accuſatori copia, ut intra certum tempus reſpondeat: & utraque parte replicante, concludendum ad probationem.*

2 *In cauſis criminalibus breviores termini arbitrio Judicis præſtandi ſunt, quam in civilibus.*

3 *In criminalibus cauſis, etiam feriatis diebus procedendum.*

§. SEPTIMUS.

DE REPLICA ACCUSATORIS, & duplica rei.

1. POſtquam prædictus libellus reſponſorius rei fuerit porrectus, Judex præcipit ejus copiam exhiberi accuſatori, & quod intra certum tempus reſpondeat, & tunc utraque pars allegat cum replica, & duplica, & concluditur ad probationem. Circa quæ obſerva, omnia reſoluta ſuprà in prima parte hujus primi tomi, in 7. Tempore, circa expiicationem libellorum replicationis, & duplicationis.

2. Et adverte, quod licet in criminalibus procedatur, adinſtar cauſarum civilium; (t) 3. tamen termini breviores in criminalibus arbitrio Judicis debent aſsignari, & in eis poteſt procedi diebus feriatis, cum cauſa incarceratorum ſit pia. (u)

EX §. OCTAVO.

SUMMARIA.

1 *JUDEX recipit partes ad probationem, prolata ſententia interlocutoria, poſtquam ab eis concluſum eſt: & intra terminum ab eo aſsignatum interrogatoria adducenda ſunt.*

2 *Interrogatoria in criminalibus ſolummodo ex parte accuſatoris, aut Fiſci pro poſitionibus ponuntur reo, quibus reſpondebit; ex ejus tamen parte nullæ poſitiones recipiendæ de conſuetudine.*

§. OCTAVUS.

DE SENTENTIA INTERLOCUTORIA ad probandum, & de termino probatorio.

1. POſtquam concluſum eſt per partes, Judex profert ſententiam interlocutoriam, qua recipit partes ad probationem, eodem modo quo diximus ſuprà, in prima parte, hujus primi tomi, in 8. Tempore, & infrà terminum aſsignatum à Judice in hac ſententia, partes producunt ſua interrogatoria eodem pacto, quo diximus in dicto 8. Tempore. Et licet in cauſis civilibus unaquæque pars ponat ſuum interrogatorium pro poſitionibus alteri, ut reſolvimus in dicto 8. Tempore; 2. tamen in cauſis criminalibus ſolummodo reſpectu accuſatoris, vel Fiſci poſitiones ponuntur reo, quibus reſpondere cogitur: ex parte verò rei accuſati poſitiones non ponuntur accuſatori, vel Fiſco, & ita de conſuetudine obſervari firmat Jul. Clarus. (a) Deinde in prædicto termino probatorio utraque pars producit ſuos teſtes, qui debent jurare, & examinari in termino dicto, ut diximus in dict. 8. Tempore; teſtes tamen in his cauſis criminalibus ipſi Judici ſunt producendi, & juramentum præſtare, & ab eo debent examinari,

nec

(o) Ut in leg. 3. ff. de *Cuſtod. reor.*

(p) In Allegatione, de Fidejuſſore in cauſ. Crim. n. 13. Hyppolit. in Pract. Crimin. §. Attingam, n. 1. cum ſeqq. Boſsius in Pract. Crim. tit. de Incarcer. fidejuſſor. relaxando, n. 1. Anton. Gom. in 3. tom. cap. 9. n. 8. & probatur in leg. 16. tit. 1. Part. 7. & ibi Gregor. Lup. verb. *Sobre fiador.*

(q) Juxta text. in dict. leg. 1. ff. de *Cuſtod. reor.*

(r) Ut in leg. 2. in fin. Cod. de *Exhib. reis*, & notat Bald. in leg. *Sed ſi his*, Cod. de *In jus voc.* Alex. in Addit. ad Bartol. in leg. 1. ff. de *Cuſtod. reor.* col. 2. Rod. Suarez in Alleg. de Fidejuſſ. in cauſ. Crimin. n. 26. & Hyppolit. in dict. §. Attingam, n. 16. & Anton. Gom. in dict. cap. 9. num. 7.

(ſ) Juxta text. in leg. *Si verò pro condemnato*, §. 1. ff. *Qui ſatiſd. cog.* Et ita firmat Angel. in Tract. de Malefic. verſ. Pro quibus Anton. fidejuſ. & in verſ. Et nota, quod ſi aliquis, & Hyppol. in dict. §. Attingam, n. 17.

(t) Ut in leg. *Abſentem*, ff. de *Pœnis.*

(u) Ut ſupr. diximus, & firmat Roman. ſingul. 694.

(a) Lib. 5. Receptarum, §. fin. quæſt. 45. n. 4.